



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De presbyteris qui sine testamento discesserint. ccvii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

DE ORDIN. ECCLE. DECR. LIB. II. 74

*De substantia defuncti presbyteri, cuius esse  
debeat.* Cap. CCVI.

**S**ancto concilio allatum est, quod quidam laici impro- *Ex cōcil.*  
**S**bè agant contra presbyteros suos, ita ut de morictum *Triburiē*  
presbyterorum substantia partes sibi vendicent sicuti de *si, cui in*  
propriis seruis. Interdicimus itaq; canonica authoritate, terfuitar  
ne hoc vterius fiat: sed sicuti liberi facti sunt ad suscipiē- *nolphus*  
dum gradum, & agendum diuinum officiū, ita nihil ab eis *rex, cap.*  
exigatur præter diuinum officium. De peculiari verò fa- *23.*  
cerdotum nihil sibi usurpet, sed totum in quatuor diuidā-  
tur partes, vna episcopo, alia altari, tertia pauperib⁹, quar  
ta parentibus: & si non sunt idonei parentes, episcopus ea  
recipiat, & in usum Ecclesiæ diligenter distribuat. Et si  
quis contra hæc facere præsumperit, anathematizetur.

*De presbyteris qui sine testamento discesserint.*  
Cap. CCVII.

**S**i quisunque ex gradu ecclesiastico sine testamento & *Ex eodē,*  
sine cognatione discesserit, hæreditas eius ad Ecclesiā, *cap. 14.*  
ibi seruiuit, deuoluatur. Similiter de sanctimonialibus.

*De clericis qui laicalibus vestimentis vtuntur.*  
Cap. CCVIII.

**V**t laicalibus vestimentis clerici non vtantur, id est, *Ex eodē,*  
mantello vel cotto, siue cappa, nec preciosis & inc- *cap. 27.*  
ptis calciamentis, & aliis nouitatum vanitatibus, sed reli  
giose & decenti habitu, induti incedant.

*De eadem re.* Cap. CCIX.

**C**LERICVS professionem suam, etiam habitu & *Ex cōcil.*  
incessu probet, & ideo nec vestibus, nec calceamētis *Carthagi*  
decorum quærat. *nē. ca. 43.*

*De clericis qui ocoſe in nundinis ambulant.*

Cap. CCX.

**C**lericus qui non pro emēdo aliquid in nundinis, vel *Ex eodē*  
in foro deambulat, ab officio suo degradetur. *concil. ca.*

*Vt nullus ex clero arma militaria portet.*

*48.*

Cap. CCXI.

**Q**vicunq; ex clero esse evidentur, arma militaria non  
sumant, nec armati incedant, sed professionis suæ vo  
cabulū religiosis moribus, & religioso habitu pre  
beant. Quod si contempserint, tanquā sacrorum canonum

Kij